



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

In Horto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

mi mansiones multa sunt. Vado parare vobis locum.  
 Ad Charitatem Si diligitis me mandata mea servate.  
 Ad pacem. Pacem relinquo vobis; pacem meam do  
 non quemadmodum mundus dat, ego do vobis. 5. Ad unio- *Ioan. 15.*  
 nem con. Christ.: Manete in me, & ego in vobis. Sicut  
 vitis non potest ferre fructum à seipso, nisi manserit  
 in vinea: sic et vos nisi in me maneritis. 6. Ad Chari- *Ioan. 15.*  
 tatem fraternam Hoc est praeceptum meum: ut diligam  
 invicem, sicut dilexi vos. Maiorem hanc dilectionem  
 nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. 7.  
 Ad evadendam injuriam. Si mundus vos odit; Scitote, quia  
 odit primum vobis odio habuit. 8. Promissio Paracliti. *Ioan. 15.*  
 Expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Para-  
 clitus non veniet ad vos. Promissio aeterni gaudii. Tri- *Ioan. 16.*  
 buta vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum  
 cum illis à vobis. 10. Promissio exauditionis à Pa- *Ioan. 16.*  
 tre. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vo-  
 bis. 11. Oratio pro glorificatione. Pater, venit hora,  
 glorifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Ego te cla-  
 rificavi super terram: opus consummaui, quod dedisti mi-  
 hi, ut facerem. & nunc clarifica me tu Pater apud te meti-  
 psum claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te.  
 12. Oratio pro salute Apostolorum. Pater sancte, serva *Ioan. 17.*  
 me in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut &  
 tu es. Pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sancti-  
 ficati in veritate. 13. Oratio pro salute omnium fide-  
 lium. Non pro eis rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri  
 sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut  
 tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.  
 Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint  
 unum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mi-  
 hi: quia dilexisti me ante constitutionem Mundi.

In Horto.

Primo pro nobis contristatur. 2 In oratione proster-  
 nitur. 3. Ab Angelo confortatur. 4. Sudore sanguinis  
 persudatur. 5. Osculo traditur. 6. A Discipulis dere-  
 linquitur. 7. A Iudæis apprehenditur & ligatur.

In